

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Dissertationum Medicarum De Connubio Astrææ Cum
Apolline, Circa Medicinam Forensem**

De Inspectione Cadaveris In genere


Emmerich, Georg Emmerich, Georg

Regiomonti, 1710

VD18 1310747X-001

urn:nbn:de:gbv:45:1-8856

b. HEINRO
zoologicis,
FECHNERI
mia audivi
habui; de a
pia general
NIUM, in c
tria **RITTE**
LERUM pa
medica au
NIUM, de c
de arte me
Lipsiae fo
WENDLER
internum q
toribus, ob
me praebu
Exa
vero die X
 Sati
 altero ve
 misque M
 dos a. d
 ,, *Nonnu*
SCHWAEG
 ego Canc
 simum,
 ritu conf
 Vos
QUE RE
COMMI
 praesent
 cupio.



2
6
SUB AUSPICIIS SUMMI NUMINIS,
DISSERTATIONUM MEDICARUM
DE
CONNUBIO ASTRÆÆ
CUM APOLLINE,
CIRCA MEDICINAM FORENSEM,
PRIMA
DE
INSPECTIONE CADAVERIS

In genere,
Von der Obduction,

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO ac EXCELSISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,
DOMINO FRIDERICO
WILHELMO,

REGNI PRUSSIÆ, ELECTORATUS ET PRO-
VINCIA RUM BRANDENBURG. HÆRÆDE, &c. &c. &c.

EX DECRETO AMPLISSIMI SENATUS,

Pro Loco Ordinario Quarto,
IN ACADEMIA PATRIA,

Publico Fruditorum Examine submittit

GEORGIUS *Emmerich* |

Med. D. P. P. & Prat. Lœbnic.

RESPONDENTE

CHRIST. FRIDERICO Kast / Med. Stud.
IN AUDITORIO MAXIMO,

Horis consuetis Anno 1719. die. 4. Septembr.

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.

5 1/2 Pf.



*AUGUSTISSIMO, SERENISSIMO
ATQVE POTENTISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO,
REGI PRUSSORUM,
MARCHIONI BRANDENBURGICO,
S. R. I. ARCHI-CAMERARIO ET ELECTORI,
SUPREMO ARAUSIONIS ET NEOCOMI
PRINCIPI,
MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIACI, MONTIUM,
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, VINI-
DORUM ET MEGAPOLIS, ITEM IN SILESIA, CROSNE
DUCI,
BURGGRAVIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ, CAMINI,
VANDALIÆ, SVERINI, RACEBURGI & MEURSÆ,
COMITI HOHENZOLLERIÆ, RUPINI, MARCÆ,
RAVENSBERGÆ, HOHENSTEINII, TECKLENBURGI,
LINGÆ, SVERINI, BURÆ & LEFRDAMI,
MARCHIONI VEHRÆ & VLISSINGÆ,
DYNASTÆ RAVENSTEINII, ROSTOCHII, STARGARDIÆ,
LAUENBURGI, BUTOVIE, ARLAIÆ AC BREDÆ, &c. &c. &c.
REGI AC DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO.*



§. I.

Finem Medicinæ esse sanitatem corporis humani, Doricâ harmoniâ concinunt, quotquot Institutiones medicas conscribere aut generalia medicinæ præcepta tradere allaborarunt; finis autem hic ultimus cum semper consequi ac obtineri ob varias causas & conditiones sæpè impossibiles, quæ vim negandi habent, nequeat, alii alium finem, intermedium dictum, omnibus artibus *μη ἀεισμένον* vocatis, in quarum potestate non est, ut quovis tempore finis sui participes fiant, communem ponunt, Scilicet: Omnia ea prospicere ac facere, quæ ad finem ultimum acquirendum sunt necessaria ac proficua; illustrant hoc exemplo Rhetoricæ, Dialecticæ, Venatoriæ, Navigatoriæ artis &c. Conf Bruno in Dogm. Medic. general. Prælimin. §. 4. p. m. 6. Verum enim verò finem ultimum medicinæ strictiorem justo esse conceptum, bipartita medicina Clinica ac Forensis docet: illius enim finem saltem sanitas hominis vel conservanda vel restituenda constituit, hujus non item, quippè quæ Reipublicæ salutem ac sanitatem quaerit, hinc finem suum justitiæ administrationem in quibusdam causis (sæ copiosis) accuratiorem agnoscit; sec. mentem Viri Prudentissimi ac Eruditissimi, Professoris Lipsiensis, dum viveret, per orbem celeberrimi D. Joh. Bohnii in tract. de officio Medici duplici, Clinici nimirum ac Forensis p. m. 532.

§. II.

Rectius etiam finis intermedius refellitur ac ad Officium artificis restringitur, omnia enim obire quæ ad finem tendunt, artifici competunt, ejusque officium constituunt, non autem artis finem faciunt; Commodè hinc Seneca l. 7. de beneficiis: Si omnia fecit, inquit, ut sanaret, peregit
A
Medi-

2
Medicus partes suas, i. e. officio suo satisfecit; hinc nisi finem cum officio confundere velimus, supersedere sine hoc intermedio facile possumus, cui tamen terminus ille finis intermedii adeo placet, Junonem suam non invidemus.

§. III.

Medici Officium in hoc consistere ut omnia conquirit ac agat, quæ ad finem ultimum medicinæ, sanitatem acquirendam tendunt, nemo facile negaverit, sed omnes ferè in eo acquiescunt. *Con. Objectionis* tamen naris medici hoc officium nimis strictè esse conceptum, ejusque cancellos artius justo positos non injustè conqueruntur, nam medicina non invalidis saltem ac agrotantibus civibus præest, sed reipublicæ quoque ac justitiæ litat. Conf. cit. Bohnius l. cit. p. 3. 44. 529. nec medicina in solâ scientiâ aut experienciâ consistit, sed ratio impr. ac prudentia maximè commendat medicum; Scilicet: magnum quid, sec. Antonidem van der Linde in Dedicacione Cornelli Celsi, medendi scientiâ est, majus prudentia atque sapientia, illa quippè scientiæ oculus, hæc manus est. Absque prudentiâ si est, neque tempora lustrare medicus rei benè gerendæ, neque præcipites captare occasiones potest, absque sapientiâ si est, tractare homines ignorat, & suo quemque calopodio calceare; uti verò scientia nisi discendo i. e. Legendo, audiendo, cogitando ita prudentia & sapientia, nisi faciendo & rebus se gerendis accommodando non comparantur, H. I.

§. IV.

Prudentis hinc ac veri Medici nomen sibi acquirere, qui allaborat, non ad lectum solum mederi, clinicum aut uromantam agere, pulsum tangere, prolixum Recipe (in medicastris verum Decipe) exarare, Consilia ad lectum vel in scriptis dare, cum aliis consulere, aliaque quamplurima præ-



3
præstare tenetur, hoc enim interdum & Empirici solâ Expe-
rientiâ suffulti, genuinâ methodo ac rectâ ratione carentes,
feliciter vero Medico, imò majori cum applausu sæpius ex-
sequuntur, sed in publicum prodire, forensibus litigationi-
bus interesse, reipublicæ salutem quærere, ejusque vulnera
sanare, ulcera verò ac carcinomata urere, secare, tollere,
capite damnatos restituere, civiliter mortuos resuscitare, ac
indefinitis rixis, altercationibus ac litibus Medusæ caput obji-
cere oportet Medicos, dum vera relatione, concinnâ respon-
sione, consilio prudenti, judicio sagaci, renunciatione de-
centi anam dant, ne justus damnetur, injustus verò absol-
vatur.

§. V.
Quoties enim vel ipso jure Cæsareo propositio de le-
thalitate vulneris, de impotentia virili, de Partu septimestri,
de virginitate illibata, de infante vivo vel mortuo in lucem
edito, de morbo simulato vel dissimulato, de veneno pro-
pinato, de veneficiis, de sterilitate aliisque sexcenta, à judiciis
summis vel inferioribus sententiam ferre requiruntur ac in-
vitantur Medici, toties prolixis super his disceptationibus,
fecundioris ingenii technis, uberrimis rixis ac rebus in an-
cipiti positis, finem felicissimè imponunt; Eorum enim sec.
artis præcepta prudenter conceptis ac formatis Conclusioni-
bus vel ipsa summa judicia acquiescunt ac sec. easdem jus
dicunt.

§. VI.

In his itaque si occupatus sit Medicus, quod ipsi jure
incumbit, non Clinicum sed Forense ipsi attribui posse offi-
cium, ritè scil. renunciandi, in propatulo est, maximum,
enim commodum reipublicæ civili inde accrescit, ut inte-
meratis digitis suum cuique tradi possit; Scientiam hinc

A 2

Medico-



Medico - Legalem sibi acquirere, Deam Astræam propitiâ sibi reddere, eamque connubio stabili Apollini medicæ artis Præsidi jungere annitetur, qui Medici Forensis s. legaliter Deponentis, dextrè Judicantis ac legitimè Renunciantis, hinc circumspècti, Prudentis, conscientiosi, omnesque partes officii sui explentis Medici nomen jure sibi acquirere cupit. In hoc vires nostras, quas infirmas novimus, tentabimus, & aliqualem operam collocabimus, ex quâ, licet singularem laudem, nec enim adeo cupidi ejus sumus, aut suffèni nb: erimus, consecuturi non simus, sugillationem tamen ac theoninum dentem deprecabimur, cum in magnis & volisse fat censentum sit; illis autem, quorum præcordia ex meliori luto finxit Titan, limatiora, accuratiora ac doctiora tradere relinquimus.

§ VII.

Officium autem Medici duplex Forense non minus ac Clinicum plenariè jam tradidisse, totumque exhaustisse videtur modò laudatus Bohnius, Celsus Scholarum nostrarum excelsus in dicto peculiari tractatu: De officio medici duplici, in cujus posteriori parte, illa, quæ tribus olim insignioribus Disputationibus de Medicinâ Forensi tradiderat, splendè renovavit, auxit & quam plurima elegantiora addidit, sicque quæ de medicinæ forensis necessitate ac usu, de Medicis, chirurgis ac obstetricibus Deponentibus ac Renunciantibus, item de instrumentis, modo, ac difficultate renunciantionum dici possunt, compendiose quidem ast nervosè ac emphaticè conscripsit. Liceat nobis Vestigia ejus, licet non pari passu aut pari felici successu, premere, circâ rem hanc quæpiam commentari, easque inspectiones relationes, ac Depositiones, quas vel Summo ac Clementissimo Domino nostro, Augustissimo Regi, vel Magistratui Civico vel
Judiciis

5

Judiciis dedimus, explicare, dilucidare firmare, & ex iisdem certis quæstionibus ac responsionibus Doctrinam legitimæ renunciationis proponere ac in apricum deducere, Quibus Dissertationem hanc de inspectione Cadaveris in genere præmittimus. Laborem hunc non inutilem judicamus, sed in Medicinæ Tyronum, Chirurgorum, novellorum Medicorum, imò Reipublicæ commodum aliquale cessurum, non sine ratione nobis persuademus. Unicum saltem in antecessum adhuc præfari necesse ducimus, ut à legum Doctoribus, ac Dominis Jurisperitis maximis contendamus precibus, ne graventur aut iniquè ferant, si forsan ultra terminos medicos, ac naturalis scientiæ pomoeria ad eorum castra brevissimis saltem passibus ac ad breve momentum, exspatiemur, arctissimum enim fœdus Astrææ cum Apolline hac in parte innitum, confer. Reinesii Schola Jureconsultorum medica in præfat., id exigere videbatur, cum omni respectu tamen sacra eorum attigimus, nec falcem in alienam messem mittere nobis animus fuit, fundamentū quippè actionis nostræ quoad legalitatem ab Astræâ ejusque genuinis filiis petere, necesse duximus. Non tamen nimis diu in inviis nobis viis commorabimur, sed in nostros mox revertemur cancellos, intactis Theologiæ aut Reipublicæ intimioribus Acroateriis.

§. VIII.

Quod Rubrum Dissertationis nostræ attinet & quid illud denotet, non ignotum poterit esse illi, qui leviter in scriptis Veterum, præf. Poëtarum fuerit versatus. Astræam enim Deam justitiæ, Apollinem verò Inventorem Medicinæ deprædicant. De eâ quippè fingitur, quod primùm ad Mortales de cœlo descenderit, sed vitiis hominum crescentibus in cœlum postrema Dearum subvolaverit, hinc Ovidius



L. 1. Metamorph. f. 4. Ultima coelestium terras Astræa reliquit.
 Conf. Natal. Com. l. 2. Mythol. cap. 2. Hunc Poëta ita lo-
 quentem introducit:

Inventum Medicina meum est, opiferque per orbem
 Dicor, & herbarum subjecta potentia nobis.

Hic Dea juncta Deo, sed Dea major eo, reversa de coelo
 certis in casibus, qui in se quidem & quoad executionem ad
 jurisprudentiam spectant & jus ac justitiam concernunt, ipsis
 legibus tamen id jubentibus cum Apolline ejusque filiis fœ-
 dus amicabile ac connubium stabile inivit, ut sibi assistat,
 consilium impertiat, & hinc ea, non nisi percepto hujus judicio
 firmiter quid statuit, uti in fideli ac amicissimo connubio
 fieri solet. Sed circa medicinam Forensẽ hæc arctior
 conjunctio saltem est, quæ cum nihil aliud sit, nisi scientia
 de variis rebus ac quæstionibus à Juris Consultis & justitiæ
 administratoribus propositis ritè renunciandi, hinc ut Medi-
 cus rectè renunciet, ex sanæ rationis & naturalium rerum
 cognitionis principiis conclusiones format. Ut verò Le-
 galiter deponat, ex jurisperitis eorumque dogmatibus hau-
 rit. Initia connubii hujus cum ipsis initiis juris ac justitiæ
 administrandæ ferè coincidunt, cum enim suum cuique tri-
 buere cœperint homines, & in certam formam ac systema
 Doctrinam hanc redegerint; sponsalia prima celebrata fue-
 runt inter Deos hos, cū pacto dotali ab unâ parte: Quod periti
 in sua arte sint audiendi, & iis credendum sit, ne insons damne-
 tur, injustus absolvatur, ab alterâ: quod sec. artem & inteme-
 ratâ conscientiam nach Wissen und Gewissen attestari ac re-
 nunciare oporteat. Retrectat hinc Astræa de cadavere an
 naturaliter an violento modo sit mortuum, an vulnus per
 se vel per accidens sit lethale, an infans in utero vel manu
 violentâ extrâ uterum sit peremptus, an suspecta sit virgo l.
 virago

7
virago delilata, an in flumine repertus antè trucidatus fuerit
nec ne, aliisque sententiam decretoriam ferre, nisi Apollin-
nem dulcissimi mariti instar hac in re versatissimi ac pruden-
tissimi consuluerit, ejusque genuinam sententiam exaudi-
verit.

§. IX.

Approbat Connubium hoc ipse Imperator Justinianus,
dum cuique suum tribuere, §. 3. Inst. de just. & jur. & Peritis.
in arte fidem adhibere decernit Bart. in proem. ff. in l. Const.
1. 8. Mascard. de probat. l. 2. Concl. 1034. n. 1. Carpz. Crim. p.
1. const. 26. n. 24. imò septimo mense partum perfectum na-
sci ob Autoritatem Hippocratis doctissimi Viri statuit L. 12. ff.
de stat. hominum, aliisque in locis, ubi rerum ad medicinam
pertinentium mentionem injicit. Testes istius connubii inter
Juris Consultos ferè tot sunt quot Commentatores rerum Cri-
minalium, de Homicidio &c. qui omnes ad medicos provo-
cant ut Menochius, Mascardus, Codronchius, Farinacius,
Carpzovius aliq; Ex Medicis Rodericus à Castro, Fortunatus
Fidelis, Fienus, Zachias, Welschius, Ammannus, Bohnius &c.
Imperator imprimis Carolus Vtus in Nemesi suâ Connubi-
um hoc, ob injuriam temporum ac inscitiam seculi decimi
quinti ac initii sexti infractum, reparavit ac refarcivit, cui
genuini Justitiæ Præsules it. Rerum naturalium Mystæ ad-
stipularunt. Hinc tot Inspecciones, Relationes, Depositiones,
Renunciations ac Attestata, vulgo Obductions- Zettel
prostant, de quibus ut integræ Facultates ac Academiae judi-
cium suum communicent, rogantur ac invitantur. Mens
itaq; nostra est, ea quæ à Medico requiruntur, sicubi ad in-
speccionem cadaveris vocatus fuerit, eamque legitimè ad-
ministrare voluerit, inquirere ac exponere, legalitatem hinc
ab Astræâ i. e. Juris Consultis, in quantum negotio nostro in-
serviunt,



8
serviunt, mutuabimur Apollinem verò partes Medici defensus-
rū audiemus. Ut eò melius hæc tradantur, certū quendam ca-
sum de lethalitate Vulneris ac Contusionis Capitis Magistratui
quondam Lœbnicensi exhibitum, in controversiam postea
raptum, ac hinc indè agitatam, tandem à Facultate Medicâ
Regiomontanâ decisum hîc in medium adducemus, & ex
eodem quæstiones cum insequentibus responsionibus for-
mabimus sicque ea, quæ de Inspectionibus, vulgò Obductio-
nibus, minus quidem latino sed jam in vulgus noto, germani-
s impr. usitatissimo vocabulo, dici possunt, dilucidè, quan-
tum possibile, exponemus.

§. X.

Casus iste erat sequentibus in relatione verbis expres-
sus, & sub sign. ☉ huic dissertationi annexus reperitur, ex
quo sequentes elicimus quæstiones, quibus in genere quas-
dam præmittimus.

§. XI.

Quæritur I. in genere an necesse sit, inspectionem Ca-
daveris Occisi instituere?

Resp. Ne inultus maneat sanguis temerariè effusus, sac-
cer Codex Genes. 9. v. 6. Matth. 26. v. 52. Apocal. 13. v. 10. in-
jungit; hinc gladio armavit Magistratum Deus, ut vindex
sit, sanguinis præsertim temerè effusi ad Romanos 13. v. 4.
ast ne insons damnetur, omnis certè cura est adhibenda. Re-
ctissimè enim Consummatissimus Juris Consultus Strykius in
Programmate quodam Wittebergæ anno 1691. edito: Æque
interest Reipublicæ, ne rapiatur ad supplicium ille, qui mor-
tem non meruit, quam ne supplicio eximatur, cujus factum
ipse Deus sanguine piandum ab initio rerum censuit. Hinc
cum Lex naturalis nos obliget, ne in proprium corpus sæ-
viamus, multò minus alterius corpus quod ex eadem carne
&



& spiritu est conflatum uti nostrum, morti tradere debemus, ni meruerit delinquens, an autem meruerit, ante omnia quidem ex proæresi & animo occidendi patet, quod tamen cognitu difficillimum est & cum ad Medicos non pertineat, Astrææ relinquendum. Ast non leve, etiam indicium præbet, si inspectio occisi instituatur, & quomodo se plaga l. vulnus habuerit, ab Apollinis filiis ritè inspiciatur, imò sacræ paginæ valor id innuere videtur quando Exodi 21. v. 12. Levit. 24. v. 17. dicitur: *qui hominem percusserit, ut inde moriatur, morte morietur.* Quod si enim *inde* scilicet ex plagâ vel contusione vel vulnere illo mortuus non fuerit, consequentia à contrario petita, illum morte mori non debere, non obscure dicitur. Quamvis autem particula *inde* in nullâ versione textus illius, quotquot Biblia polyglotta exhibent, sec. illustr. Strykium l. c. reperiatur, sensus tamen textus hujus clarissimè id exhibet; Permulti enim casus dantur, ubi quis percussus ac mors percussione insecuta fuerit, qui tamen ex percussione mortui dici nequeunt. e. g. Tempus percussione quæ in se & per se lethalis sub inspectione non est reperta, cum tempore fatali naturalis mortis eoincidere potest; Vel, si percussio aut vulneratio exstiterit levis, commovit tamen saburram, saniem, vomitam aliudve ulcus, aut morbum intus latentem, & ex hoc moriatur æger, percussione vel vulneratione planè per accidens causâ ejus existente. Sic ex Alapâ l. ictu aciculæ demortuos, exempla plurima monstrant. Vel si percussus aut vulneratus, nullâ Diatâ, nullo auxilio, nullo remedio utatur, sed omnia præfractè respuat, ac rejiciat. Omnes hi certè ex percussione, mortui censendi non erunt, hinc neque percussores eorum poenâ ordinariâ s. morte erunt puniendi; Hinc an ex percussione l. vulneratione obierit quis nec ne? necessariò corpus occisi erit lustrandum ac rimandum.

B

§. XII.



§. XII. in mandatis f. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Leges insuper publicæ ad Inspectionem cadaveris s. occisi reperti Magistratus obligant, præsertim Constitutio Criminalis Caroli Vti Imperatoris. quæ in articulos digesta Art. 149. qui fundamentum quasi legalis inspectionis est, ita se habet: De Cadavere ante sepulturam inspiciendo: Von Besichtigung eines Entleibten vor der Begräbnis. Und damit in obgemeldten Fällen gebührlige Ermäßigung und Erkänntnis solcher unterschiedlicher Verwundung halber/ nach der Begräbnis des Entleibten destominder Mangel sey/ soll der Richter/ samt zweyen Schöpffen/ dem Gericht=Schreiber und einem oder mehr Wund=Ärzten (so man die haben und solches geschehen kan) die denn zuvor dazu beendiget werden sollen/ denselben todten Körper vor der Begräbnis mit Fleiß besichtigen/ und all seine empfangene Wunden/ Schläge/ Aufswerff/ wie der jedes funden und ermessen würde/ fleißig mercken und verzeichnen lassen. item artic. 147. So einer geschlagen wird und über etliche Zeit darnach stirbe/ also daß zweiffelich wäre/ ob er der geklagten Streiche halber gestorben wäre oder nicht/ in solchen Fällen mögen beyde Theil Rundschaft zur Sachen dienstlich stellen/ und sollen doch/ sonderlich die Wund=Ärzte der Sache verständig und andere Persohnen/ die da wissen/ wie sich der Gestorbene nach dem Schläge und Numor gehalten habe/ zu Zeugen gebraucht werden/ mit Anzeigung/ wie lang der Gestorbene nach den Streichen gelebet habe. 2c.

§. XIII.

Præcipiunt itidem Inspectionem Cadaveris Leges nostræ statutariæ s. Jus Provinciale Regni Prussiæ Lib. 6. Tit. V. Art. 1. §. 21. p. m. 909. So ordnen/ wollen und befehlen wir hiemit ernstlich/ daß unsere Amtleute/ Burgermeistere/ Richtere/ Schultheissen und andere/ welchen in unserm Königreich Preussen

Preussen Gebieth und Obrigkeit die Malefiz-Händel vertranet und befohlen sind/ zuvor und ehe dann eine solche entleibte Person begraben wird/ dieselbige mit allem Fleiß von Amtswegen/ ob sie schon hierunter von niemand ersuchet würden/ besichtigen/ auch geschworne Aerzte/ da man die haben kan/ und zum wenigsten zween unargwohnliche Zeugen oder Schöppen dazu nehmen und mit allem Fleiß auffzeichnen/ an welchem Dhr des Leibes oder Haupts und wie schwerlich der Entleibte verwundet gewesen/ ic. die Länge und Tieffe der Wunden erkündigen/ auch solches also fleißig vermerckt/ bey ihren anbefohlenen Aemtern registriert behalten etc. Summarium paragraphi hujus 21. Excellentiss. D. Grubius, Judicii Aulici Consiliarius gravissimus in Compendio juris Regni Prutenici ita concinnavit: Magistratus loci cadaver Defuncti l. Occisi nemine postulante nulloque accusante, etiamsi Delinquens aufererit, Chirurgis & Scabinis adhibitis, diligenter inspicere & vulnorum qualitatem & quantitatem notare debet Confer. §. præced. 20. l. c. Juris Prutenici & annotat. Dn. D. Grubii ad illum Locum.

§. XIV.

Imò Inspectio ejusmodi Cadaveris adeò necessaria est, ut omisâ illâ nihil certi de Reo statui possit ob defectum certioris judicii, an occisus ex vulnere decesserit, nec ne, ejusque vulnus simpliciter lethale fuerit nec ne? Innuit hoc Clasenius Antecessor in Academia Juliâ quondâ clarissimus in Comment. superius dictæ Const. Crimin. Carol. Vti p. 561. *Si inspectio, qua tamen ad corpus delicti spectat, omittatur, ob defectum certæ scientiæ, an vulnus fuerit lethale vel non, pœna ordinaria adhiberi nequit, quippè quæ nunquam decerni potest, nisi ubi constiterit de Vulneris lethalitate, de quâ tamen judex certus esse non potest, nisi factâ prius diligenti inspectione cadaveris. Indè etiam multi homicide ordinariâ pœna Legis Corneliæ non puniuntur, ob culpam*

B 217 28 adinucloj au vel



vel negligentiam Judicis, qui vel planè omisit e cadaveris inspectionem, vel non legitime in isto actu processerit. Eiusdem tenoris sunt, quæ Carpozov. Pract. Criminal. part. 1. quæst. 26. n. 30. habet, ubi inspectionem cadaveris occisi partem necessariam inquisitionis nominat & num. 53. Omisâ inspectione aut minus rectè peractâ, licet Chirurghi deponant, Vulnus lethale fuisse, poenam fustigationis cum perpetuâ relegatione saltem dictatam à Scabinis Lipsienf. asserit, variisque allegatis responsis comprobat. Idem præjudicatis quibusdam approbat Dn. D. Grub. loc. ante cit. Optimè ergò Magistratus Lœbnicenf. & sec. Leges ac Statuta Regni Prussiae in nostro casu inter alia requisitione certi Medici ac Chirurghi inspectionem corporis in publicâ viâ trucidati adornavit ac instituit.

§. XV.

Quæritur II. Quod si quis a. derepentè ac in momento quasi percussione aut vulnerationis præf. telo lethifero obierit, num inspectio & tunc necessaria?

Resp. Verum quidem est, si quis percussus aut sauciatus derepentè moriatur, quòd ibidem nec error diætæ nec imperitiâ aut incuriâ Chirurghi incusari possit, hinc Astræa genuinis suis interpretibus, præsertim celeberrimo Strykio de jure Sensuum Diff. 1. cap. 3. n. 23. aliisque quamplurimis ab hoc citatis, inspectionem necessariam esse negat, ubi vulneratus in continenti decedit, telo lethifero læsus, quia qui mox post vulnus illatum decessit, ex vulnere discessisse videtur, imò natura ipsa per breve ejusmodi spatium ex vulnere mortuum innuit, quamobrem non opus esse per inspectionem demum percussione indagare lethalitem, Astræa decernit. Hujus sententiæ & prælaudatus D. Grub. l. cit. deprehenditur. Apollo tamen, superflua non nocere, Amasiæ suæ reponit, imò necessariam eò magis inspectionem esse asserit, cum vulneratus ex vulnere quidem inflictio mox obire,
non

13

non autem propter vulnus decedere possit 1. si vulneratus per morbum latentem decedit 2. si tempus termini fatalis mortis cum tempore vulnerationis coincidit 3. si vulneratio mortis causa procatartica ac remota non immediata aut per se existit e. g. si ulcus internum externâ læsione rumpatur, sanies profundatur, ut Spiritus vitales ac animales obruantur, suffocentur, sicque vita auferatur, aut si aqua in Hydropico fauciato unâ cum animâ nimis confertim effluat, aut prægrediens iræ œconomiam animale[m] corporis humani in pessimum statum paulo ante conjecerit, aut injurgitatio ad ambas usque aures præcesserit, ut planè extra se positus videatur ebriosus ille, sicque levis percussio l. vulneratio insecuta fuerit, morsque eandem exceperit in continenti, ex hoc ac telo lethifero vix lethalitas absoluta decernenda erit, præsertim cum in ejusmodi casibus, si inspectio instituat, sæpius percussio l. vulneratio per se lethalis nullo modo judicari possit, sed superficialis & parvi momenti deprehendatur. Clarius hæc exposita vide ap. Bohn. in Medic. Forensi specim. 2. §. 13. it. de Officio Medici duplici part. 2. c. 4. p. 588.

§. XVI.

Ejusdem sententiæ est Celeber. Valentini in Pandect. Medico-Legal. part. alterâ Introduct. §. 8. qui notabilem historiam à D. Majo, Rinteliensi Professore relata[m] refert, quod quidam, à pollice ab adstante in pectus impacto, exanimis corruerit, in cujus sectione Empyema à longis temporibus ibidem latens ac à contusione ruptum, causa mortis observatum fuit, heic itaque repentina mors non à percussione sed à morbo latente immediatè producta est. Sic à levi ictu Scuticæ in manum, Vetulam quandam repentinè sed apoplecticam mortuam esse, Casus nonus Valentini l. c. p. m. 36. 37. exponit. Sic nuper hic in Lithostratio tummè ebrius in mensâ capite prono inclinato recumbens ab alio sellâ non

B 3

aded



adeò magnâ percussus erat, ut in momento exspiraverit, ubi tamen sub inspectione factâ nihil ad lethali-
tatem absolutam faciens repertum fuit, præter vasa à nimio injurgitato po-
tu admodum tumefacta, & in cerebello quodammodo com-
pressa, qui casus ad Facultatem nostram Medicam postea
delatus erat, quæ tamen ob varias adjunctas circumstan-
tias pro lethali perse habuit hanc percussorem. Tutissi-
mum hinc imò absolutè necessarium esse, prælaudatus
Valentini l. cit. §. 8. p. 8. concludit, Sectionem (sivè Inspe-
ctionem) adhibuisse, etiamsi credibile sit occisum è vul-
nere periisse, & hoc Casu X, inter Facultatem Gissenam &
& Physicum Fridebergensem prolixè ventilato, aliisque ibi-
dem comprobato. In nostro Casu non adeò derepente Per-
cussus decesserat, hinc eò magis necessaria erat inspectio, quæ
etiam facta.

§. XVII.

Quæritur III. Quænam Personæ ad Inspectionem ritè ob-
eundam requiruntur?

Resp. Astræa ex ore Cultoris sui maximi Caroli Vti
Imperatoris in Const. Crimin. cit. quæ basis est legalitatis in-
spectionis corporis occisi, Judicem cum duobus Scabinis,
actuarium, unum vel plures Chirurgo ad hunc Actum requi-
rit & ablegat, uti argumentum dicti art. 149 ex Recensione
Claseniî sese habet: *Postquam vulneratus mortuus, in-
quientis, iudex cum duobus Scabinis, Actuario, adhibito uno l. pluribus, si
haberi possunt, Chirurgis ad hunc actum specialiter juratis ante se-
pulturam ejus, corpus diligenter inspiciat, & omnia vulnera, ictus,
tubera, vestigia; ubi & quomodo vulnus fuerit inflictum, quæ-
nam partes fuerint læsæ & alia ibidem occurrentia ex actè notari &
describi curet. De Personis Politicis s. Judicialibus ad hunc actum
deputandis non quidem erimus solliciti, cum ad Jurisperitos*

id

id pertineat, sed tantum de Apollineæ arti addictis. Necessè siquidem est, ut in omni inspectione Medici s. Chirurgi adhibeantur, quorum iudicium requirendum est, an lethale l. minus inflicum fuerit vulnus, ab eorum quoque sententiâ standum & hinc duobus l. tribus Medicis hac in re magis creditur, quam decem aut viginti testibus non Medicis sec. Carpz. Crimin. part. 1. quæst. 26. no: 43. Utpote qui in ante sua Periti habentur & pro quibus optimè fundata præsumptio est, cum ad Machaoniam artem, non scientiam legalem pertineat de Vulneris lethalitate aliisque iudicare ac sententiam ferre.

§. XVIII.

Sub nomine Chirurgorum autem in dictâ C. C. C. Medici præcipuè veniunt, utp. qui peritissimi sunt in arte, & in iudicio ferendo de mortalitate Percussionis multis parasangis distant à chirurgis, eosque antecellunt. Antiquissimis quidem temporibus sub ipsis Medicinæ incunabulis Chirurgia & manualis operatio externa maximè in usu erant, ac insignes Medici à Posteris habiti Machaon, Podalirius, chirurgi plus, quam Medici fuerunt, siquidem anno mundi 2750. illi Æsculapii Filii bello Trajano Ducem Agamemnonem secuti chirurgiam omnium maximè, non ità Medicinam exercuerunt; Hos enim Homerus non in pestilentia aut variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantum ferro & medicamentis mederi solitos esse proposuit, hinc partes has solas ab his tentatas & vetustissimas scribit Celsus de Medic. in Præfat. pag. 2. Tractu temporis autem Medicina majori flore succrescens, chirurgiam fidam sui ministram in consortio retinuit, & Medici insimul chirurgiam exercuerunt; Machaone enim ad Trojam interfecto Podalirius in Græciam reversus Scholam Medicam adornavit, ex quâ Rhodia, Cnidia & Coa prodierunt, ex quibus insignes Medici enati. Ambrosius Pareus etiam



in præfat. Operum suorum, olim Chirurgiæ, scribit, Pharmacie ac Dieteticæ unus artifex erat. At hominum crescente multitudine, vitâ humanâ contrâ decreſcente diuiferunt ſeſe Opifices. Sed infelici diuortio hæc diuiſio facta, & Chirurgia adhæc uſque tempora â Medicinâ quodammodo ſeparata fuit, dum peculiare Operatores ſunt enati, qui manuali operatione artem ſunt profeſſi, ſed magis magisque ad alia dilabentes & in anatomîâ fundamento artiſuæ ſeſe parum exercentes nec rationali chirurgiæ ſtudentes, barbam potius radere quam artiſuæ rationem reddere ſunt aſſæti; Exceptis paucis de iure excipiendis. Interim ſemper ſub Directione Medicorum operationes ſuas inſtituerunt & architectonicam obtinuit ſemper Medicina, ac ſub ſe continuit Chirurgiam ut partem miniſtram executioni deſtinatam ſec. Brunonem D. M. G. pag. 10. §. 9.

§. XIX.

Medici itaque ſ. Chirurgi in ſuperiori Conſt. Carol. requiruntur, qui hæc in parte ab Imperatore confunduntur L. 1. Tit. XIII. §. Medicos 3. ff. de Extraord. Cognit. Medicos quiſ accipiet etiam eos, qui alicujus partiſ Corporiſ vel certi doloriſ ſanitatem pollicentur, utp. ſi auriculariſ ſi fiſtulæ vel dentiſ &c. Gail. lib. 2. Obſ. III. n. 12. Per Chirurgos enim non Balneatores, Barbitonſores, Empirici, Hyſtriones, aut Pharmacopœi intelliguntur, utp. qui ab hiſ ſacriſ renuntiandi ſunt arceſſendi, ſed Chirurgi periti, artem ſuam optimè callentes, in anatomîâ exercitati, quæ fundamentum eſt deſcriptioniſ partiſ Corporiſ humani ac iudicii de lethalitate ferendi, & qui conſtitutionem Corporiſ humani ejuſque partiſ ac vaſorum ramificationem optimè norunt. Ejuſmodi artiſici in arte ſuâ perito fideſ plenariè eſt habenda, cenſentibuſ ipſiſ LLbuſ, Legumque Doctoriſ buſ

bus à celeberr. Strykio de Jure sensuum Diff. 1. c. 2. n. 20. p. m. 65. adductis. Cum autem ejusmodi Chirurghi in Anatomia versatissimi, aut quantum par est, paucissimi dentur, & rari nantes conspiciantur in gurgite vasto, hinc de lethalitate judicium minus judiciosum, imò insulsum sapius forment, uti pleni st. de ejusmodi incitiâ Chirurgorum, Eruditorum libri, qui Casus Inspectionum Cadaverum consignantur ut: Pandectæ Med. legal. Valentini, Medicina Forensis Zittmanni, Bohnii Forensia, Ammanni Medicina Critica, Welschii, Fidelis, Fieni opera, Reinesii Schola Jure-Consult. medica. Hinc consuetudo, quæ maximarum virium aliàs est & vim Legis sec. Jurisperitos L. 32. §. 1. ff. de Legib. L. 33. ff. Cod. habet, ubi vis jam recepta, in legem ferè versa obtinuit, ut Medici imprimis, Doctores ac Licentiati ritè promoti, vel Physici aut Candidati jurati in Inspectionibus cadaverum occisorum adhibeantur, utpote qui præ chirurgis, non exclusis planè his, omniam optimè de vulneribus judicare possunt, & pro quibus omnis præsumtio est; ità tamen ut in casu necessitatis, si copia Medici non detur, soli Chirurghi, periti tamen, quorum peritia ex insequenti attestato, Relatione ac judicio, mox innotescet, absque Medico Vulnerum inspectioni præesse possint. Decidente ità Facultate Med. Lips. in Responso ad Cas. 2. Part. 2. Sect. I. Pandect. Valent. his verbis: *Etiam Chirurghi periti absq. Medico (si hujus Copia non detur) Vulnerum Inspectioni præesse possunt, in quo casu illorum renunciationi, si accuratè & sec. fundamenta anatomica est facta, & carentia Medici plenariè probata fuit, etiam fides habenda est, quamvis nullus præfuerit inspectioni Medicus &c. Ast Pharmacopœi huic negotio fontico non debent se commiscere ut Corchorus inter olera.* Vid. Ammannum Prax. Vuln. Lethal. Dec. 2. hist. 3. p. 170. & Welsch. in rat. Vuln. judicio c. 15. p. 124.

C

§. XX.



Jus nostrum Prutenicum lib. VI. Tit. V. art. 1. §. 21. p. 909. etiam Medicos ad inspectionem requirit, quando dicit: So ordnen/ wollen und befehlen wir zc. daß welchen die Malefiz-Händel vertrauet und befohlen sind/ solche entleibte Persohn mit allem Fleiß von Amtswegen besichtigen / auch geschworne Aerzte/ da man die haben kan/ dazu nehmen sollen zc. Et paragr. anteced. expertissimorum chirurgorum vel peritissimorum Medicorum ad Vulneris dignotionem requirendorū, mentionem injicit. Conf. summarium Si hujus 20. Excell. Dn. D. Grubii. Doct. Welsch. in Rat. Vuln. judic. c. 15. idem sentit, quod ad quamcunque Vulnerum inspectionem semper vocari & requiri debeat Medicus examinatus & promotus, utp. qui plurimum habet Eruditionis, Doctrinæ & Experientiæ testimonium, & cui ob depositum in promotionis actu juramentum, certior habenda fides sit. Facultas Lips. Medica sec. Zitm. Medic. For. Cent. II. Cas. 61. p. 502. sequentem in modum respondit: Wir berichten/ daß wenn eine legitima Vulneris Inspectio vorgenommen werden soll/ allezeit ein Medicus examinatus, juratus & promotus, wie auch dergleichen Chirurghi, requiriret werden soll/ der Medicus und Bader/ so zu dieser Inspectio erfordert worden/ dergleichen Persohnen nicht seyn/ als ist mit dieser Inspectio nicht legaliter verfahren. it. Cas. 34. p. 449. Ob zwar diese Section und Inspectio Cadaveris nicht/ wie gebräuchlich und nöthig ist/ in Gegenwart eines Medici geschehen/ sondern bloß von einem Apotheker (welchem dergleichen zumahl nicht zukommt) Barbierer und Bader illegaliter verrichtet und von ihnen super lethalitate judiciret worden zc. Interim Medico unico periro soli, si chirurgorum copia non detur, itidem plenariè munus inspectionis legalis concedi poterit, cum finis per omnia obtineri possit, legitima scil. depositio in genuinā relatione speciei facti ac ritè concepto de eā judicio consistens.



§. XXI.

Cum verò non omnes sint coqui, qui prælongis cultris sunt præditi, sic multò minus reverà sunt Medici, qui Medicos se jactant, dum Medici ab imprudenti Vulgo & agyrtæ aliique nominantur sec. Vulgare: Omnes se jactant Medicos idiota, sacerdos, judæus, monachus, pharmacopola magus, hystrio, rator, anus &c. hinc in ardua hac re isti sunt adhibendi, qui non empirici, sed rationales sunt Medici, optimoque judicio præditi, in anatomia versatissimi, uno verbo: qui peritissimi habentur & sunt: Non enim hic de bubulo, sed de humano luditur corio, non de igne sub concavo lunæ disputatur, sed de Igne vitali agitur, qui si semel in innocenti extinguitur, nunquam accendetur, imò non de Spiritu cremato s. destillato, qui refarciri potest, sed de Spiritu hominis agitur, qui per imperitiam Deponentis in auram efflatus, nunquam revertitur; maximà ergo præcautione opus est; pro quibusvis quidem Medicis, qui artem sunt edocti, eamque exercent, præsumptio peritiæ est, in specie tamen præ illis qui examinati vel jam promoti fuerint. Ast superius nominati, agyrtæ quoque circumforanci, parabolani, calones, lixæ aliique hujus farinae, per imprudentiam nominati Medici ex ordine Medicorum & Peritorum in arte, hinc ad deponendum & renunciandum minus capacium, lege non invitâ, Autoritate insuper publicâ merito proscribuntur, quanquàm dolendum sit cum Waldschmid. in Epist. I. ad Dolæum: quod ejusmodi hominum, in perniciem aliorum natorum, genus semper proscribatur, interim semper etiam retineatur, cum publici maximo dispendio. An verò Senior l. juvenis Medicus ad testificandum ac inspiciendum cadaver adhibeatur, perindè esse puto, dummodo Senior judicio adhuc polleat, nec in ipsâ senectute juvenis s. juvenis existat, juvenis autem mente modò canescat, & in brevi ætate tempora compleverit multa.

C 2

§. XXII.



§. XXII.

Jurati a. Medici in Nemesi Carolinâ requiruntur, plerisq; Juris Consultorum, præsertim Veterum id etiam exigentibus, cum testi non jurato sec. axioma juridicum non credatur, nec Peritis quoad effectum juris sine juramento, hinc nec Medicis, ne in favorem cujusdam renunciassent videantur, fides plenariè adhibeatur. Quod si tamen Medicus in Doctorem vel Licentiatum fuerit promotus & juramentum solenne in promotionis actu jam præstiterit, vel si ab initio officii publicâ Autoritate suscepti jam juraverit, vel si ad cadavera inspicienda & legitimè deponendum in specie vocatus fuerit & sub primo actu sacramentum dixerit, juramentum reiterare non tenebitur, sed primum ad omnes actus subsequentes extenditur. Clarissimis Astrææ Nepotibus, Apolline gaudente, rem ita decidentibus; Vid. Gail. Obs. III. n. 13. Brunemann. in Tract. de Process. fori de Testibus c. 20. n. 63. Carpzov. loc. cit. n. 40. Matth. Stephani & Classen. in Not. ad art. 147. & 149. C. C. C. Strykium l. c. pag. 67. n. 30. Consultum tamen fore, posterior hic inquit n. 32. ut qui ab initio officii juraverint, in actu inspectionis admoneantur istius juramenti, ad majorem curam & circumspectionem & sollicitudinem in inspiciendo adhibendam. De chirurgis peritis idem erit judicium, idemque quoad jus jurandum formabitur conclusum. Imperitis autem, licet centies juraverint & vel ipsâ testificatione ineptos se esse testati fuerint, fides nunquam erit adhibenda; Nulla enim per Deos Deasque præstito juramento conciliari poterit autoritas ac fides ruditatis evidenti i. e. Falsò s. prævè observata nunquam sacramento vera evadent, inquit laud. Bohn. de officio dupl. med. p. 544. In nostro casu Medici promoti ac Professores erant adhibiti, item Chirurgi jam Magistri societatis suæ i. e. Prinszen uti vocantur, qui fide digni & sine juramento sunt habiti.

§. XXIII.



§. XXIII.

Quæritur IV. Num unus vel plures Medicorum ac Chirurgorum ad inspiciendum cadaver, requirantur, & cuinam, si lis oriatur, plus credendum sit?

Resp. Unus quidem in arte exercitatus Medicus ad inspiciendum cadaver sufficit, ast si plures adfuerint, eò melius & confidentius rem suam peragere poterunt, plus enim vident oculi quam oculus, & alter alterum juvare poterit; hinc etiam unum saltem vel plures, si haberi possunt, Constitutio Carolina requirit, unicus etiam Chirurgus absque Medico sufficeret, si de ejus peritiâ hac in parte satis constaret, sed cum hæc rara avis esse soleat, vix uni soli chirurgo officium hoc committitur, sed Medicus semper addi solet & debet, ne Inquisitus ansam habeat dolendi & conquerendi de imperitiâ chirurgi aut de inspectione ob absentiam Medici minus legali. Medici autem qui actui huic inspectionis cadaveris interesse volunt, sint requisiti, rogati ac vocati, hinc communiter etiam in attestatis suis præmittunt formulam: Præviâ requisitione hujus vel illius. Turpè enim Medico, vel chirurgo, uti in aliis ejus actionibus, sic & hic non expectare vocationem, sed ultrò se immiscere arduo ejusmodi negotio, ubi de vita ac corio agitur humano, vix hinc πολυπραγμοσύνης vitium effugiet, si aliter fecerit. Quodsi tamen curiositatis gratiâ, ut aliquid addiscat, per dies vitæ enim artem ediscere & satis excolere aut perfectissimum sese reddere nequit medicus, ars enim longa vita brevis sec. Hippocr. aph. 1. utique inspectioni ac sectioni adesse poterit, dummodo non active sed passivè sese habeat, non Inspectorem sed Spectatorem agat, judiciumq; suum, nisi requisitus, de alterius actione suspendat, nec enim privato super privatum dictatura est concessa.

§. XXIV.



§. XXIV.

Sed evenit sapius, ut Medicus à summis judiciis vel inferioribus ad inspectionem ablegetur, à parte Rei autem, vel Inquisiti alius Medicus adhuc ad ritè inspiciendum corpus vulnerati invitetur, quod propitio jure fieri potest, illius enim Autoritati nihil derogatur, cum in re sanguinem humanum concernente omnem respectum & autoritatem seponere debeamus, nec in re tam arduâ nimis cauti ac providi esse queamus, Rei etiam maximè interfit, cum de vitâ ejus agatur, ut inspectio accuratè peragatur, veritasque rei eluceat, ne insons opprimatur. Medici tamen hi in Inspectione amicè consentiant, in Relatione non varient, speciem facti unanimes referant, cum ante oculos ipsorum sit positum cadaver, & tam diu inspicere possint, donec in descriptione vulneris convenire possint, licet postea in judicio de vulnere formato dissentire queant, in quo casu à parte peritoris stare, Autores statuunt; Ast cum difficile sit, peritiam unius præ altero dignoscere, plerumque integris collegiis ac Facultatibus Medicis res ad decidendum committitur. In genere tamen chirurgi testimonium balneatoris vel pharmacopœi, vel carnificis interdum testimonio prævalebit, uti Medici attestatum præstabit chirurgi testimonio, cū pro illo major præsumptio sit, quod in arte sit magis versatus & excellat quam chirurgus, qui Medicinæ minister, Medicus autem Director operationum chirurgicarum audiat. Conf. Bohnius in Tract. de Renunc. Vulnerum Lethal. c. 15. Ecquid hoc in passu in Casu nostro contigerit, sequentes referent Disputationes.

§. XXV.

Quæritur Vtò. Quomodo autem Medicus debet esse comparatus, ut rectè Inspiciat & ritè deponat?

Resp. *Peritus* sit oportet, id superius multoties audivimus, Peritia hæc in exactâ notitiâ partium corporis humani,
deno-



denominationis, dignotionis, connexionis ac usus earundem consistit; hinc optimus Anatomicus optimus etiam Deponens erit, cæteris tamen paribus; si iudicio insimul ac agendorum notitiâ polleat. *Conscientiosus* etiam sit, pius & bonæ famæ, rationem enim reddere & de his actionibus eum oportet coram summo Tribunali omniscii Dei, qui sanguinem humanum innocenter effusum non inultum sinet, hinc non proletariè rem tractet, sed summa cum curâ ac attentione, ne ad relationem ejus insons capitis supplicio afficiatur, aut reverà reus absolvatur, in casu dubio autem pro innocentia potius & in mitiorem quam rigidiorum partem sententia est ferenda i. e. pro illethali- tate potius quam lethalitate. Nec conscientia sit nimis patulæ Medicus, *er muß eher ein enger als weites Gewissen haben* itâ ut putet perindè esse, num accuratè inspiciat ac deponat, nec ne, reus enim mortis ipse sit, si Reo negligentia aut imperitia suâ vitam adimat, conscientia etiam ejus satis stringi poterit, si aliquando cogitet, se diligentiam sufficientem in relatione non adhibuisse; *hinc Laboris patiens sit* tam in inspiciendo ac rimando corpore occisi, quam in extraditione relationis suæ. *Honestus insuper* sit, nec lascivis oculis, impuris manibus, inde- centi joco, verbisque obscœnis intueatur, tractet & exprimat id, quod cum verecundiâ & modestiâ inspiciendum, rimandum ac exprimendum est, aut quod culposum eum reddere ac prosti- tuere in judiciis possit. Omnium minimè autem tam perfrictæ frontis animique pessimi sit, ut sec. voluntatem Requirentis s. ad nutum Rei vel Actoris inversâ mutnegra & murvâ (vel pue- ris notis vocabulis) corruptus aut favore illectus deponat; fa- mam hinc servare immemor non sit. De Cætero, quod Circumspectè ac præmeditato, non nimium festinanter, neque sine ratione, aut nimium prolixè, nisi opus fuerit, aut obscurè de- ponere, nec ex rarò contingentibus concludere vel aliena admi- scere

A



scere debeat Medicus, egregie docet laudatus Bohn. loc. cit. p. m. 548. & seqq. In nostro Casu quomodo Medicus sese gesserit, iudicio intemerato Legentis relinquitur, id unice tamen dicere possumus, quod secundum scientiam & conscientiam deposuerimus.

§. XXVI.

Quæritur VIto. Inspectio ipsa autem quomodo se habere debet, si inculcata ac legalis audire avert?

Resp. Hic modus inspiciendi cadaver & de eò renunciandi tradi necesse est. Requiritur ad istum modum probè cognoscendum tria : Circumstantiæ, Sectio, Relatio. Istæ ante Inspectionem, illa in Inspectione, hæc post Inspectionem est consideranda. vid. Valent. l. c. Ante Inspectionem I. Tempus, quando inspiciendum cadaver, observetur, ut ejusmodi cadaver inspiciatur, quod nimis diu non jacuit, aut jam sepultum fuit, ac putredo partes jam invasit ac corripuit, injungit illud ipsa Constitutio Crimin. Carolina, ut ante sepulturam corpus inspiciatur, ne postquam corpus terrâ conditum est, de vulnere differentiis & lethalitate eorum suboriatur dubium. Præcipit hoc & nostrum Jus statutarium p. 909. ut inspiciatur, *ehe eine entleibte Person begraben wird* / sepultura enim, præsertim, si diu jacuerit corpus, qualitatem cadaveris ejusque partium admodum alterare, variare, invertere ac annihilare potest; Imò si putredo magna accesserit, hæc novam formam cadaveri, ejusque plagis ac vulneribus inducere valet. Sed nec Medicus ejusmodi putridum corpus cum dispendio sanitatis ac propriæ salutis inspicere tenetur. Conferatur Bohnius l. c. p. 582. qui in duplici casu ob foetorem horrendum & fracedinem insignem corporis inspiciendi, sectionem postulatam renuit. Præsertim cum talis inspectio nullius etiam usus fuerit, nec finem suum, scil. exactum iudicium de lethalitate assequi possit. Interdum tamen contingit,

tingit, ut & post sepulturam, si forsan ante neglecta vel illegaliter peracta fuerit, effossum occisi corpus inspiciatur, dummodo non nimis putredinosum, partesque adhuc in mediocri nec corrupto planè reperiantur statu.

2. Locus commodus ac opportunus satisque lucidus sit, ubi inspectio ac sectio fieri debet, imò si possibile, potius in libero aère, quam in angustissima casulâ; Nimius hinc confluxus hominum vitetur, nec præsentia spectatorum permultorum Inspectorum ac Professorum turbet, quo minus dextrè officium suum peragere possit, hinc multitudo hominum sudorem quidem in anatomico, ni impatientiam eliciet, tædium autem & laborem non compensabit.

§. XXVII.

3. Circumstantiæ aliæ variæ sunt indagandæ, scilicet: Nomen & ætas occisi l. vulnerati sunt quærenda; Constitutio ac dispositio naturalis ac præternaturalis ante & post vulnerationem indaganda, arma, quibus læs⁹ fuerit, inquirenda & inspicienda, ictus vehementia consideranda, imò situs corporis dum percussus vel vulneratus est, indagandus erit. Sic nuper saltem in Lithostrato in Ebrio, cujus jam §. 16. mentionem fecimus, sellâ non adeo magnâ trucidato, ictus vehementia & corporis situs præcipuè erant indaganda, quæ magnum momentum ad ritè renunciandum addiderunt; Diæta insuper ante & post percussionem notanda; Adstantium quoq; ac chirurgi solertia ac curandi methodus inquirenda; Tempus deniq; mortis probè investigandum, & si quæ aliæ circumstantiæ pro variatione subjectorum, quæ inspicere debent, probè pensandæ veniunt. Ejusmodi enim circumstantiarum consideratio non solùm ad inspectionem meliorem & exactiorem faciunt, sed & postea ad melius dijudicandum vulnus & de ejus lethalitate judicium promptiùs ferendum, plurima subministrat argumenta. Circumstantias tales indagandas non solùm Nemesis Carolina art. 147. cum Comment, Stephani: sed & nostra Themis in jure Prutenico jubet, quando pag. 908. §. 20.

D

hæc

A



hæc præcipit: Also soll auch andere umständliche Erforschung
geschehen/ wie der Verwundete oder Geschlagene die Zeit über/
so er verwundet gewesen/ sich in Essen und Trincken und sonst
still oder unruhig gehalten/ ob keine andere tödtliche Kranckheit
darzu geschlagen? wie lang der Verstorbene nach dem Schlagen
oder Verwunden gelebet habe &c. item §. 21. Mit allem Fleiß
auffzeichnen/ an welchem Ort des Leibes oder Haupts und wie
schwerlich der Entleibte verwundet gewesen: item die Länge und
Tiefe der Wunden erkündigen &c. Conf. Bohn. de officio dupli-
ci Medici p. 594. §. XXVIII.

Corn. Celsus de Medic. lib. 5. c. 26. § 6. n. 30. p. m. 284. ra-
tiones subministrat, quare ætatis observatio & corporis & vitæ &
temporis sit instituenda, quando dicit: *Quin etiam aliquid &
ætas & corpus & vitæ propositum & anni tempus confert: Quia
facilius sanescit puer vel adolescens, quam senior, valens quam in-
firmus, neq; nimis tenuis neq; nimis plenus, quam si alterum ex his
est, integri habitus quam corrupti, exercitatus quam iners, sobrius
& temperans, quam Vino Veneriq; deditus. Opportunissimum
curationi tempus verum est, aut certè neq; fervens, neq; frigidum,
siquidem vulnera & nimius calor & nimium frigus infestant; ma-
ximè tamen horum varietas, ideog, perniciosissimus autumnus est.*
Et §. antecedenti 20: *Aliquid, inquit, etiam in vulneris genere
figurâq; est. Nam pejus est, quod etiam collisum, quam quod tan-
tum discissum est, adeò ut acuto quoq; retuso telo vulnerari commo-
dius sit. Pejus etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est, ex
quo ve caro aliâ parte abscissa, aliâ dependet; pessima quæq; plaga
curva est, tutissima, que lineæ modo recta est. Quo deinde pro-
pius huic illve figura vulnus est, eò vel deterius vel tolerabilius est.*
Hæc etsi in vivo adhuc homine potissimum consideranda veni-
unt, nil obstat, quo minus & Renunciationi de corpore occiso
suo modo applicari possint. In nostro Casu Nomen & Patria oc-
cisi ob meliorem dignotionem subjecti, ætas, ob floridam adhuc
confi-

constitutionem corporis & sanguinis in ejusmodi ætate erant annotanda. Modus trucidationis, & quæ eum comitata ac insecta erant, quâ diæta, quibus remediis usus vel non usus fuerat occisus, quæ cura adhibita, quo in loco decumbens inventus & in quo statu repertus fuerit ager; hæc omnia necessario erant observanda, ut ex illis circumstantiis minor vel major lethalitas erui posset, quemadmodum & pro lethaltate vel illethaltate illa etiam in subsequenti casu, nimirum ubi judicium erat ferendum, adducuntur & ex iisdem judicium fertur. Imò in subsequenti responso ampliss. Facult. Medic. Regiom. super hunc casum multæ circumstantiæ pro rationibus decidendi sunt assumptæ & approbatæ.

§. XXIX.

4. Curet Medicus inspectioni destinatus, ne ante adventum suum chirurgus initium inspectionis, impr. sectionis faciat, hoc ipso enim postea dubius redditur, an ita res sese ante sectionem habuerit, an incuriã vel imperitiã chirurgi demum facta sit, omnia quidem aptari & parari possunt, ipsa tamen sectio in præsentia Medici fiat. Sic in capitis contusione cranium mediante ferrâ non difficetur, antequam Medicus sit præsens; Vulnus enim & Plaga externa probe prius sunt inspicienda, imò latitudo longitudo & profunditas vulneris cautè sunt dimetienda. Sub dissectione caput ipsum non nimis quatiendum, aut si difficulter disseccari potest calvaria, superior ejus pars non nimis violento modo effringenda, præsertim ferro profundius intruso, ne internè lœdatur, quod ante læsum non fuit, aut sanguis extravasatus sub calvariã vel menyngibus contentus alium locum petat, quam ante habuit. Uti ejusmodi errores observare jam contigit; Duos saltem casus nobis notos, non ita pridem factos in medium adducamus: Prior fuit noster inferius allegatus, ubi nimis violenter dillecta & effracta calvaria primò dubium commovit, an festuca vel frustulum acuminatum ossi sphenoidi ad-

D 2

herens

A



hærens ab osse frontis diffractum jam ante extiterit, vel sub violentâ externâ diffractioe factum. Dein an sanguinis grumus s. cochlear unū cruoris in interiori ossis temporū & sphenoidis cavitate repertū ab externâ plagâ eò secesserit, vel sub calvariæ per ferram ablatione, capitisq; violentiori quassatione eò defluerit, quæ tamen in ferendo iudicio de lethalitate maximè spectanda erant. In altero casu ante adventum Medici caput jam ferè diffectum fuit per ferram, & integumenta capitis, ubi vulnus erat, cruciformiter partita à chirurgo, multum sibi tribuente & per quem multi volunt decipi; hinc externum vulnus non legaliter inspectū & sanguinis pars sub calvariâ extravasata ad tempora ac sinum quendam s. cavitatem lateralem secesserat, de quo sanguinis grumo dubitabatur, an sub serratione vel ante eam eò defluerit, quanquã & Medicus unus nõ satis accuratus in consignandis accidentibus ac sub inspectione repertis tū temporis fuerat; Ex quibus videndum, quam providâ & accuratâ manu sint administrandæ sectiones & consignanda phænomena in cadaveribus inspiciendis.

§. Ulterius ante Sectionem chirurgus vulneris profunditatem incautè stylo ferreo acuto non emetiatur, sed si opus, providè & suspensâ manu, ne tentatione ac investigatione illâ mediante specillo vulnus ipsum dilatetur, ampliatur & interiora ut membranæ, viscera, vasa, cerebrum lacerentur, pertundantur, aliove modo lædantur, & pertusiones fiant, vulneraque efficiantur, ubi nulla fuerunt, sicque error in deponendo committatur.

§. XXX.

Quæritur VII. mò. Quænam in ipso inspectionis actu sunt observanda?

Resp. Sectio legitima & anatomica instituat, non enim in cadaveris inspectione judiciali sufficit sola intuitio externa, aut sola mediante stylo exploratio vulneris, uti Casus 6tus Pandect. Medic. Legal. Part. 2. Sect. 1. ex Ammanni Medicinâ Criticâ & Welfchio

Welschio de rat. vulner. lethal. iudicio c. 15. docet; Sed requiritur Sectio sufficiens, quæ simpliciter necessaria est; Propter insufficientem enim sectionem ac inspectionem, iudicium suum suspendisse facultates renunciantes, per multi casus ap. Valentinum l. c. e. g. Casu X. p. 29. & seqq. Casib. Zittmann. in Medic. for. aliosq; ostendunt, Quod si tamen ipsum factum planè obviu & evidens fuerit e. g. si infanti jugulum præcisum fuerit, wenn dem Kinde der Hals abgeschnitten ist/ aut si caput gladio bipartitum fuerit, wenn jemand der Kopf voneinander gehauet wäre; ubi factum & lethalitas absque sectione patent, prolixâ sectione opus non esse putamus, licet inspectio sit necessaria. In suspensis tamen vel aquâ submersis sectionem instituere expedit, cum varia indè in corpore latentia, imò factum ipsum ejusque tempus patefacere possimus.

§. XXXI.

Sectio autem ipsa anatomico more, non lanionum instar peragatur i. e. suspensâ ac providâ manu instituatur, ne vulnera prius efficiamus quam investigemus, monente clariss. Bohnio in medic. forens. specim. 2. §. 17 & de officio duplici Medici part. 2. p. 593. Suasor hinc est, ut Medicus conscientiosus inspectionis director manibus propriis potius administret sectionem, quam rudioribus sociis chirurgis committat, præstaret enim manus quam conscientiam cruentare i. e. mavult cum molestiâ exsequi, quod chirurgi ministrantis est, quam in deponendo falli falle-reque, Præsertim Medicus ipse sectionem instituat, ubi in ipsâ sectione ruditatem chirurgi observaverit, sic aliquando in foemina ex assumpto poculo abortivo ad abigendum foetum demortuâ chirurgo, jam inter beatos existente, rem ruditer tractante, mihi Medico incumberebat, manum admovere ac sectionem administrare, ut foetum sex hebdomadarum præterpropter, saluum & totum educerem, ventriculi item stigmata ab assumpto inusta eò melius observarem.

D 3

§. XXXII.



Dein Sectio usitatis cultris anatomicis, non quo vis alio inepto, aut novacula peragatur; Querela enim sæpè oritur à Defensore Rei, quod instrumento inepto, quo facillè partes incidi ac vasa incautè amputari queunt, ad arduum ejusmodi negotium fuerit usus Professor. Sic ap. Valentin. l. c. p. m. 34. Caf. 8. Sectio novacula peracta nullitatis fuit accusata, nam Medicum adhibitam novacula arteriam subclaviam incautè disseccasse putarunt. Porrò non solum pars vulnerata sectione est aperienda, sed & cæteri ventres sunt disseccandi ac lustrandi, quia occisus non è vulnere forsan, sed alio quodam morbo abscondito latente perire potuit; observante hoc Valent. l. c. p. m. 7. Imò Bohnius aliquot exempla læsionis internarum partium l. c. p. 590. & seqq. recenset, absq; externis violentiæ signis; hinc interna cætera rimari non detrectet sector ille, si causas necis nondum invenerit sufficientes.

§. XXXIII.

Tandem saluberrimum adhuc monitum addimus, ut in ipsa inspectione Medicus annotet & conscribat, quæ viderit & conspexerit, aut chirurgus dictitet, quæ annotanda & de specie facti ac qualitate vulneris consignanda fuerint, memoria enim labilis est, vel evenit sapius, ut inter Inspectores lis oriatur, an hoc vel illo modo sese habuerit vulnus, quod si sub ipso sectionis actu hæc consignata fuerint, nulla dissensione aut altercatione opus erit, quod ex praxi & eventu, in nostro superiori casu, obvio discere ac haurire potuimus; hinc in relatione ipsius inspectionis s. speciei facti præsentis Medici aut chirurgi semper consentire possunt ac debent, dum sensuali dignotione s. visu id assequi possunt, sed in judicio & rationibus postmodum dissentire poterunt, cum id mæ rationis sit, & ad integra collegia decisio pertineat. Annotata tandem illa inibi conscripta, domi probè sunt consideranda, melius dispescenda, ac optimè ponderanda & rimanda, ut relatio ex inde legitima formetur. Imperator quidè Carolus V. annotationem circumstantiarum, percussionis, ac qualitatem vulneris conscriben-

31

scribendam Actuario demandat, plerumq; autem nunc moris est ut Medicus ista consignet, cum ad renunciandum ipsi eadem apprimè conducant. Interim Actuario & Judicibus ea sub Scrutinio & ex depositione testium ad articulos, cum aliis circumstantiis fiunt nota.

§. XXXIV.

Quæritur VIII. Quanam tandem post inspectionem sunt faciendæ?

Resp. Relatio Inspectionis instituta s. Scheda Depositoria de Obductione Zettel rite concipienda ac extradenda est. Scilicet 1. Quod Medicus & chirurgus requisiti & à quonam fuerint, quibus presentibus, in quonam loco & quo tempore inspectio facta fuerit, est præmittendum 2. nomen ætatis occisi, interdum statura corporis, aliæq; circumstantiæ ut: quo tempore vulneratus, quo mortuus fuerit, quam diætã, quibus medicamentis aut remediis, quonam chirurgo usus fuerit, aliæq; sunt apponenda. 3. Quomodo corpus externè sese habuerit, omnes ejus plagæ, livores, tumores, vulnera, ictus, & contusiones sunt notanda. 4. Quanam partès læsæ, laceratæ, ruptæ, fractæ, dissectæ & quomodo fuerint, imò qua ratione interanea omnia sese habuerint, exactè erunt consignanda, genus impr. & figura vulneris sec. monitum Celsi superius §. 28. sunt referenda; hinc longitudinem latitudinem, profunditatem vulnerationis indicet, vasa læsa innuat, locum præcisè denotet, sanguinem ponderet extravasatum, ejusq; quantitatem determinet, fracturarum tendentiam s. quo ascenderint vel descenderint & longitudinem annotet, ubi cruor hæserit vel festuca repertæ fuerint, ascribat. Omnia hæc & similia quæ ad rem faciunt, fideliter sec. fidele F. Fidelis consilium sunt referenda, nec mendacium ullũ, ne jurisjurandi fidem violemus, admittendum.

§. XXXV.

Tandem isto Judicium de vulnere ista rationibus appositis est ferendum, ubi imprimis de lethalitate istius consulendi erunt Bohnius de renunciat: Vulnerũ & de officio medici duplici parte alterã. Bernh. Valentini in Pandectis Medico-Legalibus,

Zitt-

A



Zittmannus in Medicina Forensi, s. Casibus ex D. Joh. Langii, Profess. Lips. manuscriptis desumptis. Welschius in rat. Vuln. Curat. Paulus Zachias in Quæst. Medic. Legal. Ammannus in Medic. Crit aliique, ubi casus præsens cum aliis casibus est conferendus, ne cespitet, hallucinetur, aut planè in iudicando, iudicio cadat Renuncians, quodsi enim temerariè iudicaverit Medicus, ipse reus sit mortis & supplicii vulneratoris, non ergò præcipitanter ac in momento rem maximi momenti in chartam conjiciat, sed præmeditatò relationem conficiat, ac pondera argumentorum addat; quodsi enim nullas rationes invenit Iudex, ex autoritate potius quam rei veritate iudicare Medicum putabit, imò eundem artis suæ satis peritum vix censebit, si necessarias præsertim & sufficientes rationes adductas nõ invenerit; requirit assertionis rationes has etiam Carpzovius Crimin. parte I. quæst. 26. pag. 138. n. 43. Non tamen nimis sit prolixus in enarratione suà ac relatione, ea quæ minus ad rem faciunt, proponendo, nec inanis gloriæ stimulo percitus longis ambagibus & infinitis ratiunculis, ex omni angulo petitis gloriosam in mustaceo quærat, sed stylo plano & perspicuo terminisque technicis utatur, vitando aliena ac plane hiulca. Quodsi tamen admodum difficilem dijudicationem læsionis istius deprehenderit, dubiaque adhuc multa sese truserint, suspendat potius iudicium Medicus deponens, quam ut se prostituat, vel redarguatur postmodum ab aliis, imò conscientiam lætam adipiscatur. Iudicium potius à Facultate Medicâ expectet, illique rem decidendam relinquat; Cum in ancipiti nullum quàm præcox ferre iudicium præstet. Plus insuper vident oculi quam oculus, & majori experientia sunt præditæ ac meliori iudicio pollent Facultates ac integra Collegia, cum sæpius ejusmodi casus decidendi iis obvenerint, imò ex Registraturis ac Archivis suis similes casus repetere possint, ut magis apodicticè rem decernere queant. Quæ Statuta Academica Gissensia Facultatibus Medicis Renunciantibus injungant vid. in sæpius citato Valentini Pandect. Med. legal. part. 2. sect. I. Introductione §. 10. p. 10. In nostro Casu, an Relatio ritè fuerit concepta, ac iudicium de Lethalitate Percussionis ritè fuerit formatum, insequens Responsum, in subsequenter Disputationibus adducendum, Amplissimæ Facultatis Medicæ Regiomontanæ dabit ac demonstrabit.

COROLLARIA.

- I. *Inter Privilegia Doctoratus Medicinæ, & liberè deponendi est.*
- II. *In permagno Recipe, magnum latet Decipe.*
- III. *Magisteria non mysteria, sed inutilia sunt ministeria.*

SOLI DEO GLORIA!

Auf Erfordern E. E. Nachts Königlicher Stadt Löbenicht haben wir unterschriebene in Beysein Herrn Richtern und Herrn Deputirten aus E. E. Gericht im Löbenicht die obduction eines erschlagenen Schufnechts/Nahmens Niclas Buchholts von Lübeck bürtig / ohngefehr 22. Jahr alt in der Behausung des Mr. Schilbergs Schusters auf dem Sackheim am Schlachthoffe gehalten / und selbige folgende massen befunden:

Anfänglich können wir nicht unerinnert lassen / daß selbiger den 20. Decembr. des Mittags um 11. Uhr von einigen sehr geprügelt und geschlagen worden / daß er auf der offenen Straas beliegen geblieben / da er von einigen Frauen ganz matt und kraftlos gleichsam in einer Beschweimung und Bedieselung des Haupts ins Haus herein getragen / und in ein Bett gelegt worden; um 22. Uhr hat er ein wenig Schleim wegzubrechen angefangen / und da ihm hierauff weiße Baumöhl mit warm Bier eingegeben worden / hat er selbiges auch weggebroschen; Sonsten aber ganz vernunftig geredet / bis auf den Abend / und ist von keinen schweren Zufall incommodiret worden / nur daß er etwas unruhig gewesen;

Als darauf die Frau im Hause ihn befraget / ob er nicht zur Ader lassen wolte / hat er solches beständig verneinet / auch da Sie ihm ohnwissend / zwey Baader-Gesellen zu ihm gebracht / ihn zu verbinden / und die Ader zu schlagen / hat er solches mit Hand und Mund verwehret / dabey gesprochen / ich laß mir meine Gesundheit durch die Aderlaß nicht verderben / habe niemahls Ader gelassen / es wird woll wieder gut werden / ich werde nicht sterben / 2c. im 9. Uhr des Abends ist er in ein Schlummern und Schlaffen gerathen / welches bis an seinen Todt gewähret. Doch aber in der Zeit mit eiserlichen Zeichen / als Händedruckten und dergleichen bisweilen zu erkennen gegeben / daß er seine Vernunft annoch habe.

Auf den andern Tag den 21. Octobr. um 11. Uhr hat er hefftig mit der Brust zu arbeiten und zu röcheln angefangen / auch mit Daumen-einkneiffen / Zuckung 2c. zuerkennen gegeben / daß er internis convulsionibus und innerlichen schweren Krankheit laborire. Wie dieses alles die Leute in selbigem Hause einhellig ausgesaget.

E

Nach

A



Nach Mittag um 4. Uhr fahnen zu mir Georg' Emmerich / D. zweene Gefellen / mit Bitte daß ich zu einem albereit' gestern sehr geschlagenen und schwer darnieder liegenden Schuster • Gefellen hinkommen / und mit Naht und That an die Hand gehen möchte / als ich mich darauf erkündigte / ob sie nicht einen verständigen Barbier bey ihm hätten / der / wenn es Noht hätte / eine gewisse Operation (Trepanation) verrichten könnte / antworteten sie / daß ein gewisser Feldscherer albereit bey ihm wäre / und ich mich doch nicht säumen möchte.

Da ich nun in der Hastigkeit keinen andern Chirurgen auffsuchen lassen könnte / und *periculum in mora* zu seyn bemerkte / ging ich hin / und fande den blessurten Menschen / in einer kalten Kammer liegend / in einem ziemlich schlechten Zustande. Er lag in einem hefftigen Sopore, röchelte mit der Brust / konte sonst weder Hand noch Fuß rühren / gab auch kein Zeichen auf Einschreyung / daß Er seine Vernunft brauchen könnte. Der dabey stehende Chirurgus namens Heckendorff berichtete / daß er ihm vor eine Weile am rechten Arm die Ader gelassen / da das Blut ziemlich gelauffen / den lincken Arm / der ihm entzwey geschlagen sey / verbunden / und richte zur trepanation ; Es hatte auch benandter Chirurgus albereit auf der Stirn auf der rechten Seitenach oben zu zwey Finger breit / unter der *sutura coronali* / da die größte Quetschung und geronnenes Blut war / eine *simplicem incisionem* gemachet.

Als ich darauf den Puls / noch ziemlich stark zu seyn befand / auch auf Eingießung eines Tränckleins den blessurten einiger massen schlucken zu können / bemerkete / und nach sondirung obiger Quetschung / daß *Cranium* lādiret / und eine Spaltung zu haben gewiß erkündigte / *ne quid intermissile videremur* / und da es nach der Meinung des *Aræzi de vuln. l. 1. cap. 7.* und des höchstberühmten Leipzischen Professoris *Bohnii* / *diss. de Trepanat. difficult. §. 70.* am sichersten und rahtsamsten ist / *ut locus percussus trepano aperiat* / *si hoc enim negligatur, maximum certissimumque periculum & plerumque ipsa mors sequatur* / consentirete ich in Gottes Nahmen zu einer Trepanation / nachdem ich dem Verwundeten / in Gegenwart der umstehenden das prognosticon gestellet / daß er bey jetzigem Zustande nohtwendig in ein oder zweyen Stunden sterben würde / weil es albereit zu weit mit ihm kommen wäre / doch wolten wir das eusestie versuchen. Das

35

Darauf benandter Chirurgus præmissis præmittendis auf vorbe-
nandten Ort / einen Kreuz-Schnitt machte / integumenta capitis lö-
sete / das dicke geronnene Blut wegnahme / und den Trepan auff
Cranium zwey Finger breit unter der Sutura coronali nahe dem Mu-
sculo temporalis einsetzte / und suspensâ manu den modulum circum-
agirte / unter welcher operation dennoch der blesseur wenig Em-
pfindlichkeit zu haben / indem er nur etwas starcker zu pausten und
röcheln anfang / bemercket wurde / als man hierauff zweymahl pro-
birete / ob die Hirnschale albereit durch / dennoch selbige immer fest
anhielte / so daß 3. mahl der Trepan eingesetzt wurde / vermeinte
der Chirurgus, daß albereit die Hirnschale durchgebohret wäre /
weiln das gebohrete sehr wackelte / und einiges Blut heraus kam /
als ließ ers dabey bewenden / es nachmahlen heraus zu nehmen wol-
te / auch die ganze Nacht bey ihm bleiben / und auf ihn Achtung
geben / als darauf ein gewis Stärck / Träncklein ihm verschrieben
hatte / schied ich von dem patienten; Über zwey Stunden aber
wurde ich von zween seiner Cameraten berichtet / daß er albereit ver-
schieden wäre. Habe solches nothwendig vorhero referiren wol-
len / damit man wegen der Trepanation gewisser als auch nachmah-
len in formando iudicio de lethaliitate vulneris desto sicherer seyn könte.

Auf dem Morgen hora 10. matutina bey der obduction selbsten /
da zugleich Herr D. Nöser P.P. und Herr Doct Chirurgus der Altens-
stadt und einige Medicinæ und Chirurgiæ Stud. als hospites der ob-
duction beywohneten / hat man folgendes remarquirt;

Euserlich war der Vorderleib ganz weiß und rein / nur daß
an den Seiten einige Blauigkeit zuersehen / und das Scrotum zim-
lich schwarz / hinten aber war der ganze Rücken mit braun
und blauer couleur, bis auff die nates ganz überzogen. An dem
lincken Arm war ihm der eine Knochen Radius genandt / drey Fin-
ger breit von der Hand entzwey geschlagen / und nach Eröffnung
in kleine Stücke zerschmettert zu seyn befunden.

Bey secirung des Unterleibes und der Brust / sah man inwen-
dig keine notable Veränderung / sondern Milz / Magen / Nieren /
Leber / Lunge und Herz / waren von ganz gesunder couleur, und
constitution, nur daß die Lunge mit wenig fibris angewachsen / und
das Pericardium mit einer zimlichen Quantität Wasser erfüllet war /
hingegen kamen am Haupte vielfältige Verletzungen ins Gesicht

Anfänglich war euserl. unter den Kinn / eine kleine Wunde / und zimlich blau / die Augenlieder des rechten Auges absonderlich waren mit Blut sehr unterlauffen / und das rechte Ohr mit zusammen geronnenen cruore verstopffet; oben aber wo der Trepan gesetzt worden / war die meiste Quetschung und Blaukeit zu spüren.

Als nun an diesem Ort die haut bis auff's Cranium; cruciformiter abgelöset wurde / funde man ein hauffen geronnenen Geblüht / unter dem pericranio, welches oben einen Theil des musculi temporalis, ossis dextri bregmatis, suturæ coronalis, meistens aber den rechten Theil ossis frontis, nach der rechten Backe und Auge zu / 3. bis 4. Finger breit bedeckete / daher auch selbiges Auge blau befunden wurde / und anfänglich ganz ausgestanden / nachmahlen aber wieder detumesciret / wie die Leute berichtet; als dieser Cruor weggenommen war / kunte man offenbare fissuren und eine aliqualem depressionem in cranio bemercken / so daß eine fissur ins os bregmatis suturam coronalem quer durch gieng / zwey ladirten das os frontis und giengen nach der Sutura coronali und eine beschädigte nach unten das os temporum. Diese fracturæ waren in die Länge ein bis zwey Daumen breit.

Nachdem die Calvaria des Haupts abgenommen wurde / waren die euserliche fissuren in der inwendigen superficie ebenfals befindlich / die dura mater ware in vorbezeichneten Gegend des ladirten crasii, mit dücl geronnenen Blut bedeket / welches das cerebrum sehr merklich deprimiret hatte / des Blutes möchte man 3. bis 4. Löffel voll schätzen / von welchen auch meist ein Löffel voll inwendig in der cavitat des ossis temporum und Sphenoidis lage / ob solches unter der Absagung der Calvaria hinuntergefallen / oder zuvor schon gewesen / kan man nicht wissen / hienebst hatte sich eine kleine Spitze des Ossis Sphenoidis vom osse frontis (alwo sie perforaturam combiniret werden /) los gegeben. Auf der linken Seiten oben auf der dura menynge sahe man ein schwarzes Stigma, eines Schillings groß / welches auch dem Cerebro communiciret worden. Sonsten fande man keine Zerreißung / noch andere ladirung in der dura noch pia matre, vielweniger in cerebro ipso, sondern alle Theile und cavitates in Cerebro waren in gutten und unverletzten Zustand / nur daß in der depressione cerebri auf der rechten Seite die blutige Coleur corticalem Substantiam durchgedrungen hatte / doch nicht völig

lig ad medullarem partem gegangen war/ und die ventriculi anterior-
zes mit einem gelblichten oder röthlichten liquore einiger massen an-
gefüllet waren.

Aus dieser erzehleten Beschaffenheit des Erschlagenen möch-
te man urtheilen / daß die Wunde summe lethalis gewesen / zumah-
len 1. der auff folgenden Tag erfolgende Todt / solches bekräftiget.
2. viel Fractura und fissura in cranio. 3. einige Löffel voll geronne-
nes Blut / so wol über als unter dem cranio sich gehäuffet / 4. Das
Cranium selbst an besagtem Ort / wie nicht weniger 5. das Cere-
brum deprimiret gewesen / also daß der motus sanguinis und influxus
Spirituum animalium nicht wenig dadurch gehemmet worden. 6. Die
Blutrinnsigkeit in cineritiâ parte cerebri von dem daselbst stagnante
Sanguine Zeugniß gegeben. 7. Die Spitze des sich los gegebenen
osis sphenoidis auf keine Weise an zu heilen noch herauszubringen ge-
wesen wäre. 8. Der gelblichte / in ventriculis cerebri sich befindende /
liquor nicht hätte discutiret werden können. 9. aus dem Ohr abze-
ret Blut gelauffen / und 10. der Geschlagene folgenden Tages gleich
aphonos und epilepticus geworden / auch im Anfang sich etwas ge-
brochen; Der grossen lationen am Arm und Rücken zugeschwei-
gen.

Oberwehnte ursachen militiren nun zwar / zumahlen wenn
man sie / collectivè nimbt / pro lethalitate hujus contusionis, allein da
man in einer Sache / die Menschen-Blut / ja Leib und Leben an-
geht / alles woll und genau betrachten muß / als wird es uns hof-
fentlich frey stehen / gründlicher in obige raisons zu inquiriren / und
folgende rationes dubitandi beyzufügen / setzen aber zum fundament,
daß durch die lethaliât nicht eine die per accidens geschichet / ver-
standen werden muß / sondern die an sich selbst per se, simpliciter &
absolute einen Menschen tödtet / und aus dem Juris-C. Farinacio von
dem Paulo Zachias in Quæst. Med. leg. lib. v. tit. 2. q. 2. n. 5. beschrieben
wird / quod sit, quæ omnem medelam effugiens brevi temporis spatio
vitam adimît. (& Medici ac Chirurgi opem prorsus excludit.)

Antworten derohalben auf obige rationes folgender mass-
sen / und zwar ad 1. Daß der auff eine Wunde erfolgende Todt /
gar nicht eine lethalitatem per se talem vulneris inferire, wenn gleich
der Todt folgenden Tag / als in præsenticali nach 30. Stunden er-
folget / denn selbiger ex malo regimine des Patienten / aus Verwar-
losung

lofung der Wunde und andern Casibus geschehen kan / wie dann auch bey diesem Patienten eine zimliche Verwarlosung zu spüren / indem er den Tag/ da er geschlagen worden / sich nicht verbinden / noch zur Uder lassen wollen / noch einen verständigen Chirurgen oder Medicum, die ihm angebohten worden / begehret / da er doch den ganzen Tag/ annoch verständig geredet / und woll hanthieret werden können.

Ad. 2. 3. 4. 5. Fracturen und fissuren im Cranio, deprimierung des Cranii selbst / ja deprimierung des cerebri / wie auch wenn geronnenen Blut so wol ober als unter dem Cranio zu befinden / sind nicht ohnfehlbare Zeichen / der lethaliät der Wunden des Haupts / weil dieses alles durch eine geschickte Hand gebessert und geheilet werden kan / zumahlen wenn selbige zeitig genug dazu komt / denn fissuren in Cranio können geheilet werden / und wenn eine Hirnschale an einem Orte auch in fragmenta & festucas gesplittert wäre / so können solche forcipibus aliisque instrumentis extrahiret und removiret / die Eindrückung des Cranii kan per vectes & Elevatoria restituiret / das geronnene Blut kan per fomenta, incisionem, venæsectionem, trepanationem, und andere Chirurgische Mittel commode educiret werden / und damit wir es kurz fassen / so haben über dergleichen Beschädigungen des Haupts / wie erwühnet / berühmte Facultäten / als in Gießen / Leipzig etc. albereit ihr Judicium gefällt / u. selbige vor illethal erkläret / wie solches aus des berühmten Valentini pandectis Medico-legalibus Part. 2. Sect. 2. Cap. 4. 5. 6. 7. 8. und mehreren responsis Facultatum klärlich zu ersehen / zumahlen man in præsentis casu keine contrafissur bemercket hat / auch die Eindrückung des cranii so sehr notabel nicht gewesen / die Eindrückung aber des Gehirns nur von dem unterlauffenen Blut / und nicht von dem etwa sehr eingedrückten Hirnschedel hergekommen / dannenhero / wann das geronnene Geblüt per fomenta, venæsectionem, Trepanationem, aliaque gleich im Anfang weggenommen wäre worden / das Gehirn von sich selbst wieder in die Höhe gequollen wäre.

Ad. 6. Die nicht sehr grosse Blutrünstigkeit in corticali parte cerebri hätte discutiret werden können / und inferiret auch nicht eine absolute lethaliät, da man gnugsahme Exempel hat / das nicht allein Wunden in diesem Theil vor illethal gehalten / sondern auch ganze Stücke vom Gehirn sind weggenommen gewesen / und dennoch glück

glücklich alles curiret worden/ wie jenes besagter Valentini in angeführtem Ort Calu 15. 16. 17. dieses aber Diemerbrock. Anat. l. 3. c. 50 aus vielen Autoribus gnüglich behauptet. Ad. 7. Die kleine Spitze von dem sich los begebenen osse sphenoidis hätte nichts sonderliches causiret/ zumahl es sehr klein und mit seinem continuo noch ganz fest war/ und gibt keine lethaliät an den Tag / Ad. 8. Der gelblichte liquor in ventriculis cerebri, hatte gleichfals nichts zu bedeuten/ und hätte wol discutiret werden können. Da bekant ist das wollnatürlicher Weise in den ventriculis öftters ein Wasserchen von den coagulirten spiritibus animalibus sich auffhält/ zumahlen die ventriculi ja auch sonst das ganze cerebrum nebst den menyngibus, in ganz gutem ungerütteten Zustand befunden worden. Hienebst hatte das schwarze kleine stigma ober dem Gehirn/ da es nur superficiale, nichts zu sagen.

Ad. 9. Das aus dem Ohr gelauffene Blut bemerkete man / daß es nicht ex internâ parte cerebri, sondern euserlich über dem pericranio bey der Backe und musculo temporali ex laesis vasis her gekommen / und also von so grosser consideration nicht sey. Ad. 10. Weiln der erschlagene allererst folgendes Tages aphonos und epilepticus worden/ so erhellet daraus / daß solches hätte præcaviret werden können / wenn er bey zeiten Venæsectionem, Trepanationem &c. admittiret/ als welches den grumosum sanguinem als causam illorum symptomatum removiren können. Denn wenn der Geschlagene gleich darauf von schweren Symptomatibus überfallen wäre / daß er vomitus biliosos, convulsiones, aphoniam &c. bekommen/ hätte es eine andere Beschaffenheit gehabt / da aber solches in gegenwärtigem Casu über 24. Stunden erst geschehen / und das Erbrechen im Anfang ganz wenig und gering gewesen / kan man eine absolutam lethaliätam nicht schliessen. Aus obangeregten Umständen und rationibus, da 1. der geschlagene an dem Tage seiner Blefirung keine schwere Symptomata gehabt / sondern 2. ganz gut und gesund geredet und gehandelt / 3. Keine Hülfss-Mittel verlanget/ noch admittiren wollen / sich also selbst einiger massen/ verwarloset / 4. ohnverbunden / 5. in einer kalten Kammer bis auf den andern Tag gelegen / da die Kälte denen Wunden sonderlich des Hauptes höchst schädlich ist / 6. die lésion an dem Haupt so lethäl nicht gewesen /
wenn

A



40
wenn bey Zeiten Naht dazu geschaffet wäre / wie in antecedentibus
aus denen responsis der Facultäten in dergleichen casibus bewiesen ist.
7. Die Principal Theils im Gehirn als dura & pia mater, ventriculi
cerebri, substantia metullosa &c. gar nicht zerrisset und lãdret/son-
dern in natürllichem Zustande gewesen; Als stellen wir es dahin/
ob diese læsion und contusion inter vulnera per se & absolute lethalia
kõnne gezehlet werden? Bekennen demnach dabey / daß es eine sum-
me periculosa contusio gewesen/und da einige Versãumung und Ver-
wãrtung dazu gekommen/ so einen funestum exitum überkommen.
Welches alles wir hiemit der Wahrheit zu steuer auf Erfordern E.
E. Nahts im Lõbenicht bezeugen und extradiren. Lõbenicht Königs-
berg / den 2. Januarii 1706.

Georg Emmerich /
D. & P..

G. Trojens /
Chirurgus.



AD Solium hic prosteruntur Tuum,
REX AUGUSTISSIME,
Astræa cum Apolline Dii,
Umbonem ab Uncto petentes;
Connubium ineunt Deastri,
à genuino Terrarum nostrarum Deo
Consensum ac Patrocinium expetentes,
Extorres Patria ac Civitate nostrâ fuerunt,
Cum Parca non parca sed avarâ manu
diremerint, disjecerint ac sustulerint
Eos ac Alumnos eorum.
Convenerunt iterum, in amplexus ruunt
Teque *juvem post summum Jehovam*
Statorem suum humillimè colunt;
Verissimam quippe Iconem Sui in Pectore Tuo inveniunt,
Imò
Ad Te Originale suum properantes
In Te præsidium unicè quærunt;
Quinam etiam similior ac propinquior sis, ambigunt
Ambo interim Te ambiunt.
Astræa dicit: Meus est ob Justitiam
Apollo regerit: Meus ob Sapientiam
Replicat Astræa: Meus est ob Gladium, ac Symbolum: Cuique Suum.
Duplicat Apollo: Meus ob Pallium ac Ingenium Salomonæum,
Conveniunt tandem ac concludunt:
Noster est amborum Stator
Noster manebit
Ex utroque Cæsar.
Ex gladio & pallio Cæsar licet,
Ne fastidias tamen Rex Augustissimæ inspiciendum *Cadaver*
inter mille quippe cadavera ambulantes

Cadæ



Cadaveroso ac contagioso tempore
Cadaverum instar fuimus,
Dei autem Gratiâ ac Providentiâ
Tua pietate ac prudentiâ
in Vitam redacti,
Benigniori Tempore, floridiori colore gaudemus:
Ubi Cadaver, ibi Aquila!
Ab Cadaver Patria Nostra existit,
Cujus quot loca tot busta jussu Tuo nuper lustravi
Dei Ter Maximi ac Patris Patriæ nostræ aquilinus eidem adsit favor,
Cadaver ferè urbs nostra,
Ex recordatione præteritorum ac metu futurorum,
Cum tot millia cadaverum in eâ sint inhumata,
Sed prospexit jam pridem Gratia Tua
De Pharmacia ægrotis, de Munditie Plateis
De Pane egenis, de nummis innumeris.
Cadaver Apollinis Sedes
Ni languidis Ejusdem Membris nutritium instillares succum
Nervosque firmos, spiritusque volatiles suppeditares.
Cadaver esset emortuum
Minimus Apollinis alumnus, cadaverosas has offerens pagellas
Ni benignis Oculorum Tuorum radiis resuscitatus
Ad Calorem illius, qui solis jubar non formidat, expositus
In vitam ac Lucem protraheretur.
Sis porrò Patriæ, Urbi, Academiæ, Mihi, Aquila noster Protector,
Clangore Tuo Galli obmutescant Aves rapaces contremiscant
Favore Tuo Prussia reviviscat, Urbs floreat, Academia vivat,
Sub umbrâ tandem alarum tuarum
Securè quiescat,

humillimus Servus
GEORGIUS Emmerich
Doct. & Prof.

